



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis**

**Ferdinand <Köln, Erzbischof>**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Ordo administrandi populo Eucharistiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39761**

mensis, & Christi altaribus vicissim seruire & communi-  
care non reformidant, immemores illius Pauli: Non po-  
testis mensæ Domini participes esse & dæmoniorum. 1. Cor. 10.

**ORDO ADMINISTRANDI**  
**populo Eucharistiam.**

I.



Acerdos præcelsus hoc sacramentum ad-  
ministraturus vestib<sup>9</sup> sacris, si quidem ipse  
celebrarit, alias stola seu orario, & super-  
pelliceo indutus, cæreisq; , vt supra dictum  
est, accēsis primum fideles ad fidem, & de-  
uotionem tanti sacramenti excitet. Dein-

de ingenua nixos hortetur, vt confessionem generalē vna  
cum ministro dicant; tum orationē Dominicā subiungāt.  
Interea tēporis generalē absolutionē his verbis pronūciet.

**M**isereatur vestri omnipotens Deus, & dimif-  
sis peccatis vestris perducatur vos in vitam æter-  
nam, Amen. **Oremus.**

**I**ndulgentiam absolutionem & remissio-  
nem, vt supra.

**II.** Mox conuersus ad altare, postquā prono corpore sacra-  
mentū adorauit, calicē pyxidemve sinistra manu accipiat  
dextra verò particulā sacratam vnā supra calicem paululū  
cleuatā populo adorandam ostēdat verbis istis ter repetitis.

**D**omine nō sū dignus, vt intres sub tectū meū,  
sed tātūm dic verbo, & sanabitur anima mea.

**D**ehinc

Dehinc à læua incipiens venerabile sacramentum distribuatur singulos cruce eodem signando dicendoque

**C**orpus Domini nostri Iesu Christi ✠ custodiat animam tuam in vitam æternam, Amen.  
Pax ✠ tecum.

**III.** Diligenter verò hîc sacerdoti prouidendum est, ne sacramentum vlla ratione in terram decidat. Quod ita quidem assequetur, si in communicantium ora sacras hostias cautè mittat, nec ante manum retrahat, quàm sumptas videat: si eorundem mento mundum linteû substernat; aut, vbi id fieri nequit, duo ministri mappam ante sacerdotem sub vase sacramenti extensam teneant, supra quam communicantes ora porrigant, si denique pollicis atque indicis summitates nunquam nisi supra pyxidem aut calicem disiungat, easdemque quoties in orbem redierit supra eandem abstergat.

**IV.** Quod si istis studiosè obseruatis nihilominus casus iste accidat, tum hostiam sacram genibus flexis summa cum reuerentia tollet, & in vasculo reponet, locum autem sacramento tactum mundo purificatorio (sic linteolum vocant, quo calices extergi solent) purget, mox cultro terram seu tabulam, in quam ceciderat, radet, ramenta verò in sacrarium mittet.

**V.** Caueant etiam atque etiam Pastores, ne aut gratiam aut minis induci se patiantur, ad communionem vlli hominum cuiuscunque status aut conditionis sit, sub vtraque specie porrigendam. Hoc enim qui faciunt, contra generalium

ralium Conciliorum decreta, receptamq; populi Christiani consuetudinem grauissimè peccant, & deserta vnitatis Catholica Ecclesiæ ad castra schismaticorum transeunt.

**VI.** Nec leuius illi delinquere putandi sunt, qui iisdem causis permoti, vt vtramq; speciem poscentibus obsequi videantur, vinum non consecratum pro consecrato propinant: tum quia fictionem veritatis sacramento contrariam vsurpant; tum quia idololatriæ peccato communicantes exponunt, vt & illi qui ob causam quamcunque alicui particulam nõ consecratã pro cõsecrata administrant.

**VII.** Omnibus sacro epulo relictis sacerdos supra calicem aut pyxidem digitos abstergat, deinde puro vino abluat, idq; ipse sumat si celebrauit. Postea ante altare coram venerabili sacramento in genua procumbat, & sequentem Antiphonam cum versiculo, & collecta dicat:

**O** sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mēs impletur gratia, & futurę glorię pignus datur.

**Vers.** Cibauit eos ex adipe frumenti.

**Resp.** Et de petra melle saturauit eos.

**Oremus.**

**D**eus qui nobis sub sacramēto mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum iugiter in nobis sentiamus. Qui viuis & regnas Deus, &c.

M

**VIII.** Qua

VIII. Qua oratione finita ad altaris cornu ( ne sacramen-  
to terga vertat) se recipiat, eosque qui Christi corpus susce-  
perunt, hortetur, ne statim è templo recedant, sed de tanto  
munere Deo gratias agant, in oratione perseuerent, moref-  
que & vitam eo pacto instituant, vt fructus, quos ex sacra-  
mento perceperunt, perpetuo conseruent. Deinde tre-  
mendo sacramento in manus reuerenter accepto, presenti  
populo solennem benedictionem impertiat his verbis:

**B**enedictio Dei omnipotentis Patris, ( hic  
signum crucis sacra pyxide exprimat) ✠,  
& Filij ✠, & Spiritus ✠ sancti, descendat su-  
per vos, & maneat semper, Amen.

IX. Demum in tabernaculum ea, qua par est, reuerentia  
lumine præeunte inferat.

## DE CVSTODIA SACRA- menti Eucharistiæ.

### I.

Eucharistia  
pro infir-  
mis asser-  
uanda.  
Concil. Trid.  
sess. 13. c. 6.



Vod Patres Concilij Tridentini præcipiunt, vt sa-  
lutaris, & necessarius mos sacrosanctæ Eucharis-  
tiæ in vsum infirmorum asseruandæ à maioribus  
accèptus retineatur, id sibi Parochi dictum putabunt, ac  
diligenter obseruabunt, vt ne huius rei neglectu quisquam  
fidelium sine viuifico viatico ex vita excedat.

Taberna-  
culū quale  
esse debeat  
Concil. Pro-  
vinc. anno  
1556 part. 7.  
cap. 16.

II. Tabernaculum, in quo Eucharistia custoditur, fir-  
mum, mundum, & quàm potest fieri honorificentissimè  
foris, & intus ornatum esse debet, nec non lampade per-  
petuò ardente collustratum, vt existimationē tanto sacra-  
mento